Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sente traiano. circumsedente senatu. in manissimis penarum
suppliciis primo affectus. dehinc leonibus obicitur. eorumque dentibus
prefocatus. hostia xpi efficitur. Apud smirnam. sci Pionii mris.
Qui post squalorem carceris. ubi multos frm. ad martyrium
cum suis exhortationibus roborauit. cruciatibus multis
uexatus. clauis confixus. et ardenti rogo suppositus. beatum
pro xpo uite finem sortitus est. Passi sunt cum eo et alii xv. Eodem
die. beati Effrem. edissene ecclesie diaconi. In oppido tricas
trino. sci Pauli epi. cuius et uita uirtutibus claruit. et mors preciosa
miraculis commendatur. In scothia sce Brigide uirginis.
cuius uita miraculis CLARUIT.

xi. E IIII. non feb. Yppapanti Dni. Apud cesaream. beatissi
mi Cornelii centurionis. quem beatus Petrus apls baptizauit.
Hic apud prefatam urbem episcopali honore sublimatus
quieuit. Rome uia salaria. passio sci Aproniani. Qui au
diens una cum Sisinnio diacono adhuc gentilis. uocem
de celo factam. uenite benedicti inquiens patris mei. et re
liqua. credens baptizatus est. et sic postea in confessione dni.
finem uite capitali sententia accepit. Item rome scorum. For
tunati. Feliciani. Firmi. Candidi. Aurelianis. sci Fuscoli epi.

xix. F III. non feb. Apud Sebasten ciuitatem. passio sci Blasii
epi et mris. Qui multorum patrator miraculorum. sub preside Agri
colao. per diutinam cesionem. atque suspensionem in ligno. uel pec
tinibus ferreis carnes eius disrupte sunt. post teterrimum carce
rem. ac dimersionem laci. unde saluus exiuit. iubente
prefato iudice. capite cum duobus pueris truncatur. Nouissime
uero VII. mulieres. que guttas sanguinis eius defluentes
colligebant. deprehense quod essent xpiane. post dira